Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarivm sacri ordinis Cistercien[sis] - Cod. Lichtenthal 133

[Lichtenthal ?], [1570 Druck; Handschrift 2. Hälfte 16. Jh.]

Letania

urn:nbn:de:bsz:31-40615

Visual Library

IEſu corona virginum: quem mater illa concepit, que ſola virgo parturit: hec vota clemens accipe.

Qui paſcis inter lilia: ſeptꝰ choreis virginum, ſponſus decorus gloria ſponſiſque reddens premia. Diuiſio.

Quocunqꝫ pergis virgines ſequuntur: atqꝫ laudibus poſt te canentes curſitant: hymnoſque dulces perſonant.

Te deprecamur largius: noſtris adauge mẽtibꝰ: neſcire prorſus omnia: corruptionis vulnera.

Gloria tibi domine.

¶ In dedica. eccleſie. Hyꝰ.

Chriſte cunctorum dominator alme: patris eterni genitus ab ore ſupplicum vota pariterqꝫ hymnum: cerne benignus.

Cerne quod puro deus in honore: plebs tua ſupplex reſonat in aula, ãnuo cuius redeunt colenda: tempore feſta.

Hec domus rite tibi dedicata: noſcitur in qua populus ſacratum, corpus aſſumit bibit ꝛ beatum: ſanguinis hauſtum.

Hic ſacroſancti latices veternas: diluunt culpas perimuntqꝫ noxas, chriſmate vero genus vt creetur: chriſticolarum.

Hic ſalus egris, medicina feſſis: lumen orbatis veniaque noſtris, fertur offenſis timor atque meror: pellitur omnis.

Demonis ſeui perit hic rapina: peruicax mõſtrum pauet et retenta, corpora linquens fugit in remotas: ocius vmbras. Diuiſio.

Hic locus nempe vocitatur aula: regis eterni niueaque celi, porta que vite patriam petentes: accipit omnes.

Turbo quam nullus quatit aut vagantes: diruunt venti penetrantqꝫ nimbi, nõ tetris ledit piceꝰ tenebris: tartarus horrens.

Queſumus ergo deus vt ſereno: annuas vultu famulos gubernans, qui tui ſummo celebrant amore: gaudia templi.

Nulla nos vite cruciẽt moleſta. ſint dies leti placideqꝫ noctes, nullus ex nobis pereunte mundo: ſentiat ignes.

Hec dies in qua tibi conſecratam cõſpicis arã tribuat perenne, gaudium nobis vigeatqꝫ longo, temporis vſu.

Gloria ſummum reſonet patrem: gloria natum pariterqꝫ ſanctum ſpiritum dulci moduletur hymno: omne per euum. Amen.

Letania.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Chriſte audi nos.

Pater de celis deus: Miſerere nobis.

Fili redẽptor mundi deus: Miſerere nobis.

Spiritusſancte deus: Mi-

ſerere nobis.
Sancta trinitas vnꝰ deus: Miſerere nobis.
Sctā maria: Oꝛa ꝑ nobis.
Sancta dei genitrix oꝛ
Sancta virgo ꝟginum oꝛ
Sancte michael oꝛ
Sancte gabꝛiel oꝛ
Sancte raphael oꝛ
Oēs ſcti beatoꝝ ſpirituum oꝛdines: Oꝛate pꝛo nobis.
Sctē ioānes baptiſta oꝛ
Oēs ſcti patriarche et pꝛophete: Oꝛate pꝛo nobis.
Sancte petre oꝛ
Sancte paule oꝛ
Sancte andrea oꝛ
Sancte iacobe oꝛ
Sancte ioannes oꝛ
Oēs ſancti apoſtoli ꝛ euangeliſte: Oꝛate pꝛo nobis.
Sancte ſtephane oꝛ
Sancte laurenti oꝛ
Sancte vincenti oꝛ
Sancte thoma oꝛ
Sancti ioannes ꝛ paule: Oꝛate pꝛo nobis.
Oēs ſcti martyꝛes: oꝛate
Sancte martine oꝛ
Sancte nicolae oꝛ
Sancte petre oꝛ
Sancte guillerme oꝛ
Sancte edmunde oꝛ
Sancte malachia oꝛ
Sancte benedicte oꝛ
Sancte bernarde oꝛ
Sancte roberte oꝛ
Omnes ſancti confeſſoꝛes: Oꝛate pꝛo nobis.
Sancta anna oꝛ
Sācta maria magdalena: Oꝛa pꝛo nobis.
Sancta agatha oꝛ
Sancta agnes oꝛ
Sancta katherina oꝛ
Oēs ſctē virgines oꝛate.
Omnes ſancti oꝛate.
Pꝛopitius eſto: parce nobis domine.
Ab imminentibus peccatoꝛum noſtroꝛum periculis: Libera nos domine.
A damnatione perpetua: Libera nos domine.
Per myſterium ſancte incarnationis tue: Libera.
Per paſſionem et crucem tuam: Libera nos domine.
Per glorioſam reſurrectionem tuam: Libera nos do.
Per admirabilem aſcenſionem tuam: Libera nos.
Per gratiam ſancti ſpiritꝰ paracliti: Libera nos dñe.
Peccatoꝛes: Te rogamus audi nos.
Ut pacem nobis dones: Te rogamus audi nos.
Ut eccleſiam tuā regere et defenſare digneris: Te ro.
Ut loca noſtra et oēs habitantes in eis viſitare ꝛ conſolari digneris: Te roga.
Ut regularibus diſciplinis nos inſtruere digneris: Te rogamus audi nos.
Ut omnibus benefactoꝛibus noſtris ſempiterna bona retribuas: Te rogamus.
Ut fructus terre dare ꝛ cōſeruare digneris: Te rogamus audi nos.
Ut omnibus fidelibus defunctis requiē eternam donare digneris: Te rogamꝰ.
Fili dei: Te rogamꝰ audi.

Agnus dei qui tollis peccata mũdi: miserere nobis. Kyrie eleiſon. Chriſte el. Kyrie eleiſõ. Pater noſter. Et ne nos inducas in tentationem: Sed libera nos a malo. ℣. Exurgat deus ꝛ diſſipentur inimici eius. Et fugiant qui oderũt eum a facie eius. ℣. Saluum fac populum tuũ domine ꝛ benedic hereditati tue. Et rege eos ꝛ extolle illos vſꝫ in eternum. ℣. Fiat pax in virtute tua. Et abundantia in turribus tuis. ℣. Dñe exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus. Collecta.

Eccleſie tue domine preces placatus admitte: vt deſtructis aduerſitatibus et erroribus vniuerſis: ſecura tibi ſeruiat libertate. Alia.

Deus a quo ſancta deſyderia recta conſilia ꝛ iuſta ſunt opera: da ſeruis tuis illã quam mundus dare non poteſt pacẽ: vt et corda noſtra mandatis tuis dedita, et hoſtium ſublata formidine tẽpora ſint tua protectione tranquilla. Alia.

Omnipotens ſempiterne deus edificator et cuſtos hieruſalem ciuitatis ſuperne: edifica et cuſtodi loca noſtra cum habitatorib' ſuis: vt ſit ĩ eis domiciliũ tranq̃litatis ꝛ pacis. Alia.

Ineffabilem miſericordiam tuam domine nobis clementer oſtende: vt ſimul nos et a peccatis exuas, et a penis quas pro his meremur eripias. Per chri.

Oratio poſt cõmunionẽ.

Laudes ꝛ gratias tibi ago domine Jeſu chriſte, qui me peccatorem indignum per tuam gratiam nullis meis meritis exigentib' ſatiare dignatus es ex corpore et ſanguine tuo. Precor te quod hec communio ſalutaris non ſit mihi reat' ad penam, ſed interceſſio ſalutaris ad veniã. Sit mihi armatura fidei, ꝛ ſcutum bone voluntatis. Sit mihi vitiorum meorum euacuatio: concupiſcentie et libidinis exterminatio: charitatis et humilitatis, caſtitatis et obedientie, omniumque virtutum, atque totius ſanctitatis augmentum. Contra inſidias inimicorũ meorum viſibilium ꝛ inuiſibilium firma defenſio, omniumqꝫ periculorum et tribulationum et anguſtiarum tutiſſima ereptio, motuum meorũ tam carnalium quã ſpiritualium perfecta quietatio: in te Jeſu chriſto domino noſtro firma adheſio, atque mei felix conſummatio. Et precor vt ad conuiuium celeſtis glorie me miſerum peccatorem perducere digneris, vbi tu es ipſe lux vera, ſatietas plena, iucũditas cõfirmata, felicitas perfecta, ꝛ gaudiũ ſempiternũ. Amẽ. Finis.

Incipit